



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Verus Ecclesiasticus Vocationem suam cognoscendi Avidus, Eidemqve Correspondendi Studiosus

Mansi, Giuseppe

Francofurti ad Mœnum, 1693

Cap. VII. De obligatione annexa proventibus Ecclesiasticis, & de stricta
ratione, quam de illis reddere aliquando debebunt Deo

urn:nbn:de:hbz:466:1-38106

Clerum dedeceret vitium, Deoque displice-
ret, voluit Christus propriis manibus vibra-
re flagella, ictusque infligere sacerdotibus,
qui mercaturam agebant in templo, eos me-
ritò inde expellendo, dum usuris suis, inju-
stisque lucris illud prophanaverant.

Caput Septimum.

*De onere, ac obligatione annexa proven-
tibus, Ecclesiasticis, & de stricta ra-
tione, quam de iis reddere ali-
quando debebunt Deo.*

Quanta cum circumspectione à nobis
proventus Ecclesiastici sint exponen-
di, digito demonstrat ex Cathedra sancti
Petri S. Urbanus Papa: *Res fidelium, quæ
Domino offeruntur, non debent in aliis usi-
bus, quam Ecclesiasticis, & Christianorum
Fratrum, vel indigentium converti: Hoc-
que idem suo intendit persuadere Clero S. Ca-
rolus, Conc. Med. P. 3. tit. Monit. hisce ver-
bis: Prædia Ecclesiastica, non avaritiæ præda,
sed instrumenta Charitatis relicta sunt, volens
per hoc insinuare, summe quidem esse conve-
niens, ut qui altari servit, de altari quoque vivat,*
P verum,

verum, id quod super congruam sustentationem abundat quasi superfluum, aut ad divinum cultum, aut ad alia Charitatis opera debeat impendi. Tertullianus *cap. 3. Apolog.* appellat redditus Ecclesiasticos: *Deposita patris*: quia sicuti supra deposita non sunt absoluti Domini, nec de illis pro beneplacito nostro possumus disponere, sicuti de aliis quæ nobis verè propria sunt; eodem modo non possumus super illos nostros proventus absolutum exercere dominium, Pauperes enim habent jus super illos: *Non sunt res Ecclesie, ut propria, sed ut Dominice, et Domino commendata tractanda*, fuit definitum in concilio Parisiensi: *si. 6. lib. 1. cap. 15.* Soliant se, exuuntque propriis bonis ac possessionibus, devoti Christi fideles pro faciendis beneficiis, ut ministri sacri de necessariis provisi alimentis, planè sint abstracti ac liberi ab omni alio mundano negotio, ut sint intenti cultui divino, ut ille splendidus debitoque cum decore peragatur, ut Evangelium annuntietur, invigiletur sedulitate animarum, subveniundo pauperibus, viduis, orphanis, ac magis desolatis: *De vitias non pro ipsarum amore possident, sed pro amore Dei, ut cultum Dei per illas amplificent vel pro amore Christi, ut proximis iis subveniant*

nant, prout mentem piorum legatariorum interpretatur S. Bonaventura, de prof. Relig. lib. 2. cap. 42. nihilque minus illis unquam venit in mentem, quam quod ipsorum substantiæ in lautas, prodigasque consumerentur commestationes, pro gregibus canum nutriendis, similibusque aliis inutilibus ac non necessariis; unde si modo semel capita sua è tumulis levare possent, haud dubiè, hæc illis exprobrarent: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus.*

Matth. 15.

Adeo verum est, quod id, quod superest de proventibus Ecclesiasticis ultra commodam honestamque sustentationem, pauperibus debeat largiri, ut pro latrocinio reputet S. Gregorius Nazianzenus Orat. 16. fraudem hac in parte commissam: *Minimè, fratres, & amici mei, minimè committamus, ut rerum earum que nobis Divino munere data sunt, mali œconomi, ac præposteri inveniamur, ne alioquin Petrum dicentem audiamus, erubescite qui aliena detinetis:* Verùm S. Bernardus stylo multo acriore utitur, ut rei illius exprimat indignitatem: *Facultates Ecclesiarum, patrimonia sunt pauperum & sacrilega crudelitate iis diripitur, quidquid dispensatores, non Domini, ul-*

tra victum & vestitum sibi accipiunt: Ideo
 Sancti non vocant illos Dominos, sed solum
 patronos, ac dispensatores, ut per titulum
 hunc illorum exprimant obligationem: Non
 minus possidenda tradidit, quam dispensanda
 commisit, dicit S. Leo lib. 5. de Col. & S. Au-
 gustinus Ep. 50. ad Bonif. appellat ipsos Procu-
 ratores pauperum: Si privatim possidemus
 quod nobis sufficiat, non illa nostra sunt, sed
 pauperum, quorum procuracionem quodammodo
 gerimus, non proprietatem nobis damnabili
 usurpatione vindicamus. Noluit fidelium
 pietas sæcularium fidere manibus elargiti-
 ones seu distributiones pauperibus facien-
 das, cultusque divini suis facultatibus con-
 servationem, sed beneficia fundantes, qui
 commissa voluerunt manibus nostris, ut es-
 acta fidelique œconomia illa administrare-
 mus: quam autem præstaret fidelitatem,
 qualemve exhiberet prudentiam, quæ
 sacrorum reddituum superflua, loco quæ
 ea impenderet in sustentationem paupe-
 rum CHRISTI, aut in ea quibus
 digent DEI Ecclesiæ, aliaque sacrata loca
 illa profunderet in equorum, canum, pe-
 rasitorum, adulatorum, histrionum, et
 scurrilium servorum alimentacionem, dicit
 sacrum Concilium Tridentinum sess. 25. c. 1.

de Reform. etiam prohibet illa elargiri in parentes aut propinquos ipsorum: *Omnino interdicunt Sancta Synodus Episcopis, ne ex redditibus Ecclesia consanguineos, familiaresq; suos augere studeant, cū Apostolorū Canones prohibeant, ne res Ecclesiasticas, quæ Dei sunt, consanguineis donent.* Si nos ad normam Apostolorū accommodare, ac gerere debeamus manifestū est, quid nobis agendum sit; etenim, prout præcedente capite dictū est, licet Apostoli coram pedibus suis congestā viderent insignē auri argentiq; molem, nihilominus protestatur S. Petrus: *Act. 3. v. 6. Argentum & aurum non est mihi; ne unicus in bursa Apostolica hærebat, aut reperiebatur denarius, sed quidquid obveniebat aut offerebatur, statim inter fideles, pro cuiusque indigentia ac necessitate dividebatur, prout attestatur S. Lucas in Actibus Apostolorum: cap. 4. v. 35. Dividebatur singulis, prout cuiq; opus erat.* Atque hoc suo exemplo docebant Apostoli Ecclesiasticos, quomodo sese gerere debeant in administratione suorum proventuum, dum à Christo electi, ac deputati sunt Procuratores pauperum ac egenorum: *Dispensatores, ac procuratores, vocat illos S. Thomas: 2. 2. Q. 85. a. 7. Væ illi qui receptum ex sacro altari denarium recondit, ac quasi sepul-*

sepultum tenet in sua arca, dum interim pro
 fame moritur mendicus, aliæque honestæ
 familiæ præ egestate ac inedia periclitantur.
 sapius in honore, ac pudicitia: Hinc S. Be-
 filius scribens super illa verba Isaïæ: *v. 13. v. 14.*
Rapina pauperis in domo vestra, vocat illos
 non Patres, quales esse deberent, sed pa-
 perum latrones, quales illos efficit eorum
 avaritia: *Quæ sunt collata reficiendis pauperi-*
bus, sublevanda eorum inopia, si in adibus
penes nos retinuerimus, utique inopes sunt
spoliamus bonis. Sanctus Thomas à Vico
 nova Archi-Episcopus Valentinus, pariter
 stitatis ac doctrinæ laude excellens, cuius
 nam ille fuerit sententiæ, ac opinionis circa
 redditus ac proventus Ecclesiasticos, de-
 ravit semel in quadam concione, habita
 Parochiali sancti Marci Ecclesia Valentinæ.
Dicant alii quod velint, (sunt verba ipsius
 teste Fr. Mich. Salon. in vita.) *ego non dubito*
quis sit certa ac indubitata veritas, quæ
DEUS strictè interrogabit, rationemque re-
gidissimam instituet, super res, ac bona Ec-
clesiæ nobis commissa, ut illa pauperibus con-
remus, esseque tanquam res furto ablatas
in alium expendantur usum, quam in subven-
tionem pauperum: Et si vos Domini mei, tem-
pore mortis meæ vel unicum penes me repererit

Julium, seu schillingum, habeatis pro perditam animam meam, nec me in loco sacro sepe-
 liatis. Plura adhuc ac ampliora profert au-
 thor vitæ in præfato sermone ab eodem san-
 cto dicta: Dum mihi refertur obiisse Cleri-
 cum aliquem, qui vixerat de bonis Ecclesiasti-
 cis, & repertam esse apud illum notabilem pe-
 cunie summam, ita moveor, ac affligor, ac
 si mihi dictum fuisset, ipsum expirasse in com-
 plexibus suæ amasie, quia tam bene perditum
 existimo illum Clericum, qui sibi de bonis
 Ecclesiæ thesaurizat, quam illum qui moritur
 in concubinato: Atque hæc mens est illius
 sancti, à qua non multum abscedit Petrus
 Blesensis, Ep. 112. dum tale format argumentum:
 Sit estimatio veritatis, in ignem aeternum mitti-
 tur, qui sua pauperibus non dedit, ubi qua-
 sio mittendus est, qui bona pauperum vel Ec-
 clesiæ rapuit, vel fraudavit. Vehementer
 conqueritur S. Bernardus cap. 11. Apoll. ad Gu-
 tiel abb. de illis Clericis, qui loco quod ve-
 stirent nudos pueros ac puellas, redditus suos
 sacros consumunt in vanis, superfluis, ac
 curiosis, luxui tantum splendorique exter-
 no litantes, quo oculis placeant, nec inte-
 rim curantes, an pauperes Christi præ fame
 moriantur: Lapidem induit auro, & suos filios
 nudos deserit, de sumptibus egenorum servitur

oculis divitum, inveniunt curiosi, quod dolo
stantur, & non inveniunt miseri, quo sustentantur;
verum melius Ep. 42. cap. 2. ad Sen. Episc. con-
primit justum dolorem, pauperumque querelas mendicorum;
*Clamant nudi, clamant famelici, conqueruntur, & dicunt; nobis famelici
frigore laborantibus, quid conferunt tot montana servata in domibus vestris? Nostrum quod effunditis, nobis crudeliter subtrahitis
quod inaniter expenditur: Concluditque menta hæc formidandis hisce verbis: In
vanitate peritis, & nos spoliando perimitis.*
Optimè hoc intellexit P. Flaminius Ricci (uti legitur inter alias Sociorum S. Philipp. Neri vitas) qui tanquam bene versatus in sacris sciebat Hospitalitatem virtutem singulariter commendatam, ac competentem Episcopis, hac de causa, cum semel in quo tempore dimoraretur apud Fratrem unum Episcopum, omni die largas pauperibus distribuit elemosynas, in recompensamentarum in mensa Episcopali factarum, dicendo: *Ego volo cibari sumptibus pauperum, nam redditus omnes Episcopales sunt patrimonialia, ac proventus pauperum.*

Dum olim sacrilegi Hebræi sacerdotes perfido emissent Juda pro tringinta argenti innocentem Redemptoris nostri sanguinem

conscientiæ remorsu ductus, ac coactus quasi,
 impius traditor, noluit acceptos numos hæ-
 redibus suis relinquere, sed priusquã se suspê-
 deret, retulit scelestũ argentũ, impiusq; ac de-
 speratus Apostolus in templo totũ illud red-
 didit fœd. ssimis, ac nequissimis mercatoribus
 suis, cum dicto: *Peccavi tradens sanguinem*
justum, Matth. 27, v. 4. Congregati Sacerdotes,
 licet plurimum auri ac argenti avidi, nihilo-
 minus post exactam deliberationem conclu-
 dunt, ac decernunt: *Non licet eos mittere in*
carbonam, quia pretium sanguinis est, proin-
 deque pecuniam illam applicarunt in em-
 ptionem cujusdam agri, pro peregrinorum
 sepultura. Ergo, dico ego, impii illi sce-
 leratique sacerdotes, teneriorem habuerunt
 conscientiam circa sanguinem Christi, quam
 nos, dum absq; scrupulo nobis incorpora-
 mus, ac in marsupium nostrum, tanquam pa-
 trimonium proprium, recondimus proven-
 tus Ecclesiasticos, qui aliud non sunt, nisi san-
 guis Christi? Omnium sæculorum experien-
 tia demonstrat, familias diratas ex bonis
 Ecclesiæ, tractu temporis ad incitas fuisse
 redactas, planeque interiisse, ac in fi-
 ne tam fuisse miseras, quam in initio
 fuerant splendidae: Hinc Augustinus Ma-
 scardus in Pompa Capitolii scriptum

reliquit: *Patrimonium Christi, cuius Ecclesiastici sunt dispensatores, institutum non pro paucorum aliquorum, sed pro totius Cleri sustentatione, ac pro hoc laborat, desudatque sancta Ecclesia; Res plane notabilis observata est à prudente quodam scriptore, quod bona Ecclesiastica, coagmentata inter bona terrena alicujus familia, brevi tempore patrimoniales propriasque familia facultates perdididerint, ac everterint, sicut pavona aquila permixta aliis, eas consumit.*

Quia Propheta in spiritu prævidebat, mala eventura Ecclesiæ, injuriasque Dei irrogandas ab iis, qui sacris reditibus uti nesciunt, sed parentelam suam, propinquos quos ac cognatos, mirabilem apud Deum super hoc negotio fecit instantiam: *Quid dixerunt hereditate possideamus Sanctuarium DEI; Deus meus pone illos ut rotam, et stipulam ante faciem venti, Psal. 83, v. 3.*

Fuit persona quædam pluribus annis optime, et tunc nota Sancto Philippo Nerio, quando hic audiret, quendam suum parentem, primum ditissimi cujusdam Memoratoris, qui non solum Romæ, sed in tota parte Europa parem sibi non habebat, ministrum semper crescere in divitiis, aurumque accumulare auro, Sanctus ei sæpè prædixit, ipsum

aliquando defecturum, ac foro cessurum. Contigit tandem uni ex filiis ejusdē pingui-
mam pluriū millium scutatorum annui pro-
ventus conferri Abbatiam, unde obviam se-
mel factus Sancto, semper magis sua in opini-
one confirmato, dixit ad ipsum *Quid jam di-
cis Reverentiavestra? Cui Sanctus statim repo-
suit, tam viciniorem esse v. strum casum ac
ruinam*: Atque ita factum est, nam post
paucos menses ille cessit foro. Cardinalis Ta-
rugi, dignissimus Sancti illius filius, cujus
institutum per annos plurimos professus fuit,
Idea veri Prælati, ideo recusabat parentes,
ac agnatos suos participes facere reddituum
suorum Clericalium, quia, ut dicebat,
*proventus Ecclesiastici in domibus seculari-
um, sunt quasi ignis, quo intus, & foris ac-
cenduntur*; In *ita Card. Tarug. P. Riccii* ideo-
que, loco quod propinquis suis quidquam
daret de Ecclesiæ Avenionensis, cujus erat Ar-
chi-Episcopus, redditibus, largissimas omni-
die egenis elargiebatur eleëmofynas, dumq;
quadam vice visiteret miserabile aliquod ho-
spitale, nec quidquam haberet ad manum,
quo illius posset sublevare necessitatem, è di-
gito suo anulum extraxit Episcopalem &
pro eleëmofyna dedit. Qui tali modo pro-
cedit ac operatur, durus, aut crudelis non
erit